

Áccipe, quaesumus, Dómine, múnera dignánte obláta: et beátae Anastásiae Mártiris tuae suffragántibus méritis, ad nostrae salútis auxiliúm proveníre concéde. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

**M. - Amen.**

O Signore, Te ne preghiamo, accogli favorevolmente i doni offerti: e concedi che, per i meriti della beata Anastasia, Martire Tua, giovino a soccorso della nostra salvezza. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. Amen.**

#### PREFAZIO E COMMUNICANTES DI NATALE

##### COMMÚNIO

*Zach.* 9, 9 - Exsúlta, fília Sion, lauda, fília Ierúsalem: ecce rex tuus venit, sanctus, et salvátor mundi.

*Zach.* 9, 9 - Esulta, o figlia di Sion, giubila, o figlia di Gerusalemme: ecco che viene il tuo Re santo, il Salvatore del mondo.

##### POSTCOMMÚNIO

Huius nos, Dómine, sacraménti semper nóvitas natális instáuret: cuius Natívitatis singuláris humánam répulit vetustátem. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

**M. - Amen.**

Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: eius, quaesumus, semper interventióne nos réfove, cuius solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

**M. - Amen.**

Ci restauri sempre, o Signore, la rinnovata celebrazione del Natale di Colui la cui nascita singolare scacciò l'umana decrepitezza. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. Amen.**

Hai saziato, o Signore, la tua famiglia con i sacri doni: confortaci sempre, Te ne preghiamo, mediante l'intercessione della Santa di cui celebriamo la festa. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. Amen.**

#### *Inter Multiplices Una Vox*

*Associazione per la salvaguardia della Tradizione latino-gregoriana*

C. P. 3218, UDR Marsigli, 22, 10141 Torino

tel: 011-972.23.21 - fax: 011-550.18.15 - c/c postale n° 27934108

Indirizzo internet: [www.unavox.it](http://www.unavox.it) - Indirizzo posta elettronica: [unavox@cometacom.it](mailto:unavox@cometacom.it)

**Torino 2006 - Pro manuscripto**

#### MESSALINO FESTIVO

Testo latino e traduzione italiana

#### PROPRIO DELLA S. MESSA

tratto dal *Missale Romanum* a. D. 1962 promulgatum

#### Santo Natale di nostro Signore Gesù Cristo *In Nativitate Dómini nostri Iesu Christi*

Seconda S. Messa dell'aurora  
*Ad secundam Missam in aurora*

Commemorazione di Sant'Anastasia, Martire  
*Commemoratio Sanctae Anastásiae Mártiris*

#### INTRÓITUS

*Is.* 9, 2 et 6 - Lux fulgébit hódie super nos: quia natus est nobis Dóminus: et vocábitur Admirábilis, Deus, Princeps pacis, Pater futúri saéculi: cuius regni non erit finis.

*Ps.* 92, 1 - Dóminus regnávít, decórem indútus est: indútus est Dóminus fortitúdinem, et praecínxit se virtúte.

Gloría Patri...

*Ps.* 2, 7 - Lux fulgébit hódie ...

*Isaia.* 9, 2 e 6 - La luce splenderà oggi su di noi: poiché ci è nato il Signore: e si chiamerà Ammirabile, Dio, Principe della pace, Padre per sempre: e il suo regno non avrà fine.

*Sal.* 92, 1 - Il Signore regna, si ammanta di maestà: Il Signore si ammanta di forza, e si cinge di potenza.

Gloria al Padre...

*Isaia* 9, 6 - La luce splenderà oggi...

#### ORÁTIO

Da nobis, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui nova incarnáti Verbi tui luce perfúndimur; hoc in nostro respléndeat ópere, quod per fidem fulget in mente. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

**M. - Amen**

Concedici, Te ne preghiamo, o Dio onnipotente: che, essendo inondati dalla nuova luce del Tuo Verbo incarnato, risplenda nelle nostre opere ciò che per virtù della fede brilla nella nostra mente. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. - Amen.**

Da, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui beatae Anastasiae Martyris tuae sollemniam colimus; eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

**M. - Amen.**

Concedici, Te ne preghiamo, o Dio onnipotente: che, celebrando la solennità della Tua Martire Anastasia, possiamo godere presso di Te il beneficio del suo patrocinio. Il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. - Amen.**

#### EPISTOLA

Lectio **Epistolae** B. Pauli Ap. ad *Titum*, 3, 4-7

Carissime: Apparuit benignitas et humanitas Salvatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Salvatorem nostrum: ut iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitae aeternae: in Christo Iesu Domino nostro.

**M. - Deo gratias.**

Lettura della **Lettera** del B. Paolo Ap. a *Tito*, 3, 4-7

Carissimo: Apparsa la bontà e l'umanità del Salvatore, nostro Dio: Egli ci salvò non già in ragione delle opere di giustizia fatte da noi, ma per la Sua misericordia: col lavacro di rigenerazione e il rinnovamento dello Spirito Santo, diffuso largamente su di noi per i meriti di Gesù Cristo, nostro Salvatore: affinché, giustificati per la Sua grazia, divenissimo eredi, in speranza, della vita eterna: in Cristo Gesù, Signore nostro.

**M. - Deo gratias.**

#### GRADUALE

*Ps.* 117, 26, 27 et 23 - Benedictus qui venit in nomine Domini: Deus Dominus, et illuxit nobis.

A Domino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris.

*Sal.* 117, 26, 27 et 23 - Benedetto Colui che viene nel nome del Signore: Il Signore è Dio e ci ha illuminati.

Questa è opera del signore: ed è mirabile ai nostri occhi.

#### ALLELÚIA

**Allelúia, allelúia.**

*Ps.* 92, 1 - Dominus regnavit, decorem induit: induit Dominus fortitudinem, et praecinxit se virtute. Allelúia.

**Allelúia, allelúia.**

*Sal.* 92, 1 - Il Signore regna, si ammanta di maestà: Il Signore si ammanta di forza, e si cinge di potenza. Allelúia.

#### EVANGÉLIUM

Initium S. **Evangelii** secundum *Lucam*, 2, 15-20

In illo tempore: Pastores loquebantur ad invicem: Transeamus usque Bethlehem, et videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes: et invenerunt Mariam, et Joseph, et infantem positum in praesepio. Videntes autem cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes, qui audierunt, mirati sunt: et de his, quae dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conservabat omnia verba haec, conferens in corde suo. Et reversi sunt pastores, glorificantes et laudantes Deum in omnibus, quae audierant, et viderant, sicut dictum est ad illos.

**M. - Laus tibi Christe.**

Inizio del S. **Vangelo** secondo *Luca*, 2, 15-20

In quel tempo: I pastori presero a dire tra loro: Andiamo sino a Betlemme a vedere quello che è accaduto, come il Signore ci ha reso noto. E andati con prontezza, trovarono Maria, e Giuseppe, e il bambino giacente nella mangiatoia. Dopo aver visto, raccontarono quanto era stato detto loro di quel bambino. Coloro che li udirono rimasero meravigliati di ciò che i pastori avevano detto. Intanto Maria riteneva tutte queste cose, meditandole in cuor suo. E i pastori se ne ritornarono glorificando e lodando Dio per tutto quello che avevano udito e veduto, come era stato loro detto.

**M. - Lode a Te, o Cristo.**

#### ANTÍPHONA AD OFFERTÓRIUM

*Ps.* 92, 1-2 - Deus firmavit orbem terrae, qui non commovebitur: parata sedes tua, Deus, ex tunc, a saeculo tu es.

*Sal.* 92, 1-2 - Iddio ha consolidato la terra, che non vacillerà: il Tuo trono, o Dio, è stabile, fin dal principio, fin dall'eternità Tu sei.

#### SECRETÁ

Munera nostra, quaesumus, Domine, Nativitatis hodiernae mysteriis apta proveniant, et pacem nobis semper infundant: ut, sicut homo genitus idem refulsit et Deus, sic nobis haec terrena substantia conferat, quod divinum est. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

**M. - Amen.**

Le nostre offerte, o Signore, riescano atte ai misteri dell'odierna Natività e ci infondano pace duratura: affinché, come il Tuo Figlio nascendo uomo rifulse quale Dio, così queste offerte terrene conferiscano a noi ciò che è divino. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. Amen.**